PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 154r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



CANTATE dño canticum nouũ · cantate dño omnis terra ⁊

Cantate dño benedicite nomini eius · adnuntiate dedie indiem salutare eius ⁊

Adnuntiate intergentes gloriam eius · in omnibus populis mirabilia eius ⁊

Quoniam magnus dñs & laudabilis nimis · terribilis est super omnes deos ⁊

Quoniam omnes dii gentium demonia · dñs autem celos fecit ⁊

Confessio & pulchritudo inconspectu eius · scimonia & magnificentia in scificatione eius ⁊

Afferte dño patrie gentium · afferte

Nomen enim xpi benedicimus · quando trino decore eius · salutare nomen per omnia confitemur ⁊ Dies dedie nuntiatur · quando aduentum xpi prophetae promiserunt · et euangelistae uenisse declararunt ⁊ Ita factum est · ut duo caelestes dies · adnuntiasse eius gloriam comprobentur ⁊

Magnitudo di adpotestatem ptinet · quia cunctis potentiorẽ ⁊ Laudabilis ad pietatẽ · qua nos redemit ⁊ nimis adutrumq ptinet ⁊ quia nec quantũ magnus · nec quantum laudabilis sit potest explicari ⁊ Deos hic debemus aduertere · quos sibi gentilitas composuit ⁊

Confessionem siquidem · bene sequitur pulchritudo · quia nemo potest esse pulcher · nisi qui fuerit di miseratione mundatus ⁊ foedos nos faciunt peccatu · sed penitentia reddit decoros ⁊ Scimonia et magnificentia · id ho nor et beatitudo ⁊ In scificatione · id in illa uoce xpi · uenite benedicti ⁊

Cantet enim dño canticum nouum · qui uetere homine deposito · per gratiam pabtismatis feliciter innouatur ⁊ Omnis terra · catholicam significat ecclesiam · quae per cunctum orbem noscitur esse diffusa ⁊

Dñs enim saluator nuntiandus erat · et per gentes gloria eius · quia tanti miraculi · praedicabant auctorem ⁊ Mirabilia eius · significant archanum incarnationis xpi · qui dum sit altissimus · factus est pro nobis humillimus ⁊

Daemonia enim sunt quae nulli prestant bona · sed in se credentes semper decipiunt ⁊ Dicti daemones · quasi scientes · quos debemus accipere · quasi non intellegentibus ⁊ Ds caelos fecit · id aptos et scos uiros constituit · qui demonibus imperare consuerunt ⁊

Patria enim dicta ẽ · quasi patris atria ⁊ sig patria gentium · omnem generalitatẽ xpi anorum · ut dño afferat gloriam